

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3835

Auteur(s) : Bayeux (official)

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chanoine)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1277, septembre

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

En vidimant la charte du roi Philippe [III] de l'année 1277, l'official de Bayeux fait savoir en 1283 que le roi a accordé son consentement aux clercs de la cathédrale Notre-Dame de Bayeux de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 901, p. 215.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, officialis decani Baiocensis, salutem in Domino. Noveritis nos vidisse diligenter de verbo ad verbum litteras excellentissimi principis Philippi, Dei gratia, regis Francorum illustris, non viciatas in aliquo, formam que sequitur continentes :

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum presbiteri et clerici misse Beate Marie Baiocensis, juxta ordinationem nostram, finaverint cum ballivo nostro Cadomi, finationem hujusmodi pro nobis recipiente, de acquisitis per ipsos et eorum predecessores a triginta annis citra, in feodis et retrofeodis nostris factis, sibi et suis successoribus perpetuo retinendis, que acquisita sunt hec, primo videlicet : apud Baiocas, in parrochia Sancti Luppi, sex quarteria frumenti, ad mensuram Baiocensem ; item, IIII boisselli frumenti ; item, II sexteria frumenti ; item, apud Gueron, I sexterius frumenti ; item, unus sexterius frumenti ; item III quarteria frumenti ; item, apud Campengneium, IIII sexteria frumenti ; item, VI quarteria frumenti ; item, I sexterius frumenti ; item, III quarteria frumenti ; item, I sexterius frumenti ; item, apud Unfarvillam, I sexterius frumenti ; item, III sexterii frumenti ; item, II quarteria frumenti ; item, II sexterii frumenti ; item, I sexterius frumenti ; item, III quarteria frumenti ; item, apud Mesons, VII boisselli frumenti ; item, II quarteria frumenti, item, VIII boisselli ; item, apud Vaux, II sexterii frumenti ; item, apud Montem Desertum, II quarteria frumenti ; item, III quarteria frumenti, II galline ; item, II quarteria frumenti ; item, Baiocis, apud Sanctum Lupum, IIII boisselli ordei et dimidius ad mensuram Baiocensem, dimidia gallina, V ova ; item, apud Gueron, XI quarteria ordei, ad mensuram Baiocensem ; item, apud les Praetiaux, XI quarteria ordei ; item, apud Campengneium, VI quarteria ordei, item, V quarteria ordei ; item, XI boisselli ordei, I gallina, X ova ; item apud Coutum (sic), II quarteria ordei, ad mensuram Baiocensem ; item, apud Taysseium, VI boisselli ordei vel circa ; item, VI quarteria et dimidium avene, II galline et XX ova. Hii sunt redditus in denariis et in censibus : apud Baiocas, in parrochia Sancti Lupi, XV solidi turonensium ; item, X solidi ; item in parrochia Sancti Patrici III solidi,

VI denarii, I gallina, X ova ; item, ibidem, XII solidi ; item, II solidi VI denarii ; item, in parrochia de Poteria, X solidi ; item XII denarii ; item, in parrochia Sancti Johannis, VII solidi ; item, VII solidi ; item, apud Gueron, XX solidi ; item ; apud Campengneium, III denarii ; item, XX solidi ; item, XX denarii ; item, pro regardis, II solidi ; item, apud Gueron, I sexterius frumenti ; item, apud Tour, III quarteria frumenti ; item, apud Sanctum Vigorem juxta Baiocas, I quarterium frumenti ; item, apud Fontenellas I quarterium frumenti ; item, apud Juez, II boisselli frumenti ; item, apud Baiocas in parrochia Sancti Lupi, V solidi, II galline, XX ova ; item, in parrochia Sancti Stephani, V solidi ; item, VI solidi ; item, V solidi ; item, in parrochia Sancti Macuti, V solidi VI denarii ; item, in parrochia Sancti Martini, XII solidi, item, in parrochia Sancti Laurentii, IIII solidi ; item, in parrochia Beate Marie Magdalene, XL solidi ; item, II galline, XX ova ; que quidem acquisita estimata sunt valere per annum XXX libras IIII solidos IX denarios vel circa ; nos finationem predictam ratam habentes et gratam, volumus, quantum in nobis est, et concedimus predictis presbiteris et clericis, ut ipsi et sui successores hujusmodi acquisita tenere possint in perpetuum et pacifice possidere, absque coactione aliqua vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure etiam quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini M° CC° septuagesimo septimo, mense septembri. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum curie nostre duximus apponendum. Datum anno Domini M° CC° octogesimo tercio, die sabbati ante Letare Jerusalem.